



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

9. De feriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

Aduerte etiam dilationem non currere nisi postquam fuerit assignata, intimerur parti, vel eius Advocato, aut procuratori, Azeued. l. 2. n. 64. m. 18. lib. 4. noua recop. Gutier. alleg. 3. n. 9. & pract. lib. 3. q. 37. m. 10. Marant. d. p. sub tit. de dilationib. n. 14. Malfard. de probat. concl. 516. n. 6. Parlad lib. 2. verum quorid. c. fin. p. 5. §. 10. n. 19. Cur Philip. p. 1. §. 16. n. 6. quæ quidem dilatio vni partium concessa, alteri sit communis, etiam si concessa fuisset minori, iure speciali per restitutionem in integrum, Marant. d. tit. de dilat. n. 18. Ozale. Pedemont. decis. 97. n. 4. Vincent. de Franch. decis. 269. num. 3. Caualecan. p. 1. decis. 21. num. 8 p. 1. Cur. Philip. d. §. 16. num. 9. Petr. Gregor. d. cap. 8. num. 18. Gutier. practico. lib. 2. q. 32. num. 2. Cardof. in praxi iudic. cum verbo, dilatio, num. 8. Amat. Roderic. d. c. 7. num. 25. Cald. Pereira in l. si caratore, verbo, vel aduersarij dolo, n. 22. Camil. Borrel. d. tit. 47. num. 50. Menoch. conf. 367. num. 33. vbi num. 28. vers. primo, resoluit quod non est communis ei, qui iam probationibus renuntiavit, & num. 35. & 38. idem asserit vbi verosimiliter subornationis periculum in aduersario dilationem sibi committentem esse contendente, timeri posset.

Denique aduerte quod alter in alterius inuiti præiudicium huiusmodi dilationi renuntiare non potest, nisi daretur in fauorem minoris per restitutionem in integrum, quia si tunc minor renuntiat dilationi sibi concessæ, non potest aduersarius ea vti, Caualecan. d. decis. 21. num. 9. Perez. l. ult. in fine, tit. 5 lib. 3. Ordin. pag. 578. Soar. in thesauro recept. sentent. lit. D. num. 76. Gutier. d. q. 32. num. 3. Rutger. Ruland. d. lib. 2. cap. 9. numer. 6. Azeued. l. 3. num. 3. tit. 8. lib. 4. noua recop. Valasc. conf. 25. num. 11. vbi tenet quod si altera pars, cui dilatio restituitur ex iure speciali re integra dilationi renuntiet, tunc renuntiatio hæc obest aduersario.

8 Pro Ecclesia Romana subsidio.] Ergo Papa potest imponere charitativum subsidium, Boër. decis. 133. num. 1. Mench. illustr. c. 8. n. 3. Bellencin. de charitativo subsidio, q. 6. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 14. q. 5 in princ. Ego ipse de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 87. n. 22. vbi num. 24. cum Cochier de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p. 4. q. 7. resolu. generalem exemptionem non censi eximere à subsidio per Papam imposito.

9 Dicitur Burdegalen. vocatus, &c.] Notatur ad hoc quod vocatus ad Curiam per Principem non potest ibi citari, sed reuocandi domum priuilegium habet, Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 3. in princ. ibi, se à ella vejo chamado por nos, apud Castellanos l. 4. tit. 3. p. 3. ibi, ou se llamasse el Rey para alguna causa, optime D. Barbof. in l. 2. §. legatis, n. 277. & 285. ff. de iudic.

In gloss. Personaliter, ibi, cum quis personaliter vocatur, non sufficit mittere procuratorem. Vide Perez l. 8. gloss. 1. tit. 3. lib. 2. Ordin.



De Feriis.

TIT. IX.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 93. Petr. de Rauenna in compend. iur. Canon. Martin. Mefnart in epitome Decretal. fol. 56. Dan. Venator in

analyfi methodica iuris Pontificij, à pag. 106. Goffred. & Hostienf. in summ. huius tituli. Alex. Cassan. & Anastaf. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zippæ. in in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 127. nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 18. vbi parens meus, & apud Castellanos l. 33. cum segg. tit. 2. p. 3. vbi Greg. Lopez, & tit. 5. lib. 2. for. leg. & tit. 7. lib. 3. Ordin. vbi Perez, Viu. Kirchon. & alij tom. 1. communium opin. lib. 3. tit. 16. Damhaud. in praxi Civilis cap. 119. de feriis, Lanfranc. de Oriano in praxi cap. 12. de feriis, Cotta in memorabilib. verbo ferie, Conar. var. lib. 4. cap. 16. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 30. Anastaf. Germon. de sacrorum immunit. c. 20. à princ. Donel. commentar. iuris Civilis, lib. 24. c. 7. Cardof. in praxi iudic. cum verbo, ferie, Petr. Gregor. syntagm. iuris, lib. 1. c. 16. Card. Casar Baron. annuum Ecclesie, tom. 1. anno Christi 58. pag. 629. Aloyf. Riccin collect. 124. Sigism. Scac. de iudic. lib. 2. c. 5. & 6. Christoph. de Pace in schol. ad l. 156. styli, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 1. cap. 27. Carrasc. in interpret. ad aliquas leges recop. cap. 2. Soar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. de diebus festis. Vincent. Filliuc. tom. 2. tract. 27.

Ferie vnde dicantur inuenies apud Matrant. ad lib. 3. Offic. Ciceronis, fol. 162. Durand. in rationali diuinarum, lib. 7. c. 1. n. 11. Azor. d. c. 27.

S V M M A R I V M.

- 1 Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel inuari non debet, sed de vespere in vespere debent celebrari.
- 2 Quæ die Dominica peracta sunt, ostenditur.
- 3 Festa quoad Officium incipiunt à vespere in vespere.
- 4 Circumstantia peccati mortalis commissi in die festo, an sit necessariò constituenda, ostenditur.
- 5 Nundinas, & mercatus prohibere possunt Episcopi Dominicis, & festiuis diebus.
- 6 Placiti nomine venit quælibet lis, iurgium causa forensis, quæ in iudicio agitur.
- 7 Pœna corporalis exequi non potest in die festo, nisi urgente necessitate, vel si imminet periculum in illius retardatione.
- 8 Testes in diebus feriatis recipi non possunt.

CAP. Omnes dies. I.

Ex Conc. apud Compend. c. 2.

Dies Dominici à vespere in vespere seruari debent, ita ut in eis non fiat mercatum, placitum, iudicium, iuramentum, nisi pro pace, & necessitate, & tandem homines abstinere debent ab omni opere illicito. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Host. Anchar. Panorm. Barbat. Butr. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 71. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 224. remissimè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 7. cap. 1. Burchard. lib. 2. Decret. c. 81. & Ino. p. 4. c. 16.

Dies Dominicos.] Dominicum diem Apostoli, & Apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum sanxerunt, quia, teste August. in serm. 251. de tempore, ipse dies Dominicus fuit primus dies sæculi, in

in eoque formata sunt elementa mundi, & creati Angeli, de quo Parlad. lib. 2. rerum quorid. cap. fin. p. 5. §. 4. n. 7. In eo manna in eremo pluit Dominus, & veterem Hebræorum populum libenter ac mitificè paut, Bed. de offic. Eccles. c. 1. Concil. sext. gener. Constantinop. cap. 8. cur manna Dominica die ceciderit, referunt Origen. hom. 7. in Exod. & R. P. Gregorius Baptista Col-Lusitanus noster in c. 13. Joann. annot. 2. 1. vers. secunda. In eo nasci dignatus est Dominus, ita Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 1. cap. 9. q. 2. ex Rupert. lib. 3. de diuinis offic. cap. 16. & Calliodor. in Psalm. 117. super illa verba: *Hac dies, quam fecit Dominus, &c.* In eo Stella Magis refulgit, Azor. d. lib. 1. c. 11. q. 7. vers. quare. In eo Baptismum à Ioanne in Iordane suscepit, Azor. d. lib. 1. cap. 11. q. 20. In eo ipse pius Redemptor humani generis sponte pro salute nostra à mortuis resurrexit, cap. sabbato 13. de consecrat. dist. 1. Fr. Gregor. Baptista ubi proxime vers. in quantum. In ipso descendit de cœlis super Apostolos Spiritus sanctus. Vnde S. August. serm. 54. de tempore, sic ait, *Venerabilis est hac dies qui Dominicus dies, & primus atque perfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux: in quo transgressi sunt filij Israel mare rubrum siccis pedibus: in quo pluit manna filijs Israel in deserto: in quo Dominus baptizatus est in Iordane: in quo vinum de aqua in Cana Galilæa factum est: in quo benedixit Dominus quinque panes, quibus satians quinque milia hominum: in quo resurrexerat à mortuis: in quo Dominus intravit in domum clausam, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum: in quo Spiritus sanctus descendit in Apostolos: in quo denique speramus Christum Dominum IESVM CHRISTVM venturam ad indicandam.* Hactenus S. August. Vnde dominicum diem Regalem, & eminentissimum appellat S. Ignat. epist. 3. ad Magnesianos, diem libertatis vocat S. Clemens lib. 7. consil. c. 71. & aliis encomiis extollunt Soar. de relig. tom. 1. lib. 2. de diebus festis c. 4. n. 6. Fagundes in quinque Ecclesie precepta, præc. 1. lib. 1. c. 2. num. 1.

3. *A vespera in vesperam.* Notatur ad hoc quoddam modus incipiendi, & terminandi festa quod officium incipit à vespera in vesperam, Couar. lib. 4. variar. cap. 19. num. 9. vers. de his, & in cap. alma mater, de sent. excommuni. lib. 6. part. 5. §. 5. num. 5. Ludou. Beja respons. casuum Capic. part. 1. casu 2. Surd. conf. 558. numero 8. Praxis Episcop. part. 1. verbo festa, Sayr. in clauis Regia, lib. 7. cap. 3. num. 13. Azor. d. lib. 2. c. 26. q. 12. Anton. Monach. Lucens. decis. 32. n. 1. Filliuc. tract. 27. cap. 12. num. 208.

4. *Ab omni illicito opere.* Vtrum circumstantia peccati mortalis commissi in die festivo sit necessariò confitenda? vide Syluest. in summ. verbo confessio il. 1. num. 11. & verbo, circumstantia, num. 4. vers. quinto quaeritur, Sot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. vers. dies autem festus, & de iustis lib. 2. q. 4. art. 4. vers. colligamus ergo peccatum, Couar. in cap. alma mater, p. 1. §. 5. ex num. 3. Namar. in man. cap. 6. n. 9. & in cap. consideret, de Penit. dist. 5. in princ. ex n. 22. & ex n. 33. Cordub. in quest. Theolog. lib. 1. q. 6. Victor. de Sacram. n. 178. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 4. c. 2. n. 20. Guttier. canon. quest. lib. 1. c. 31. Soar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. cap. 18. Sayr. in clauis Regia, lib. 7. c. 7. n. 7. plures per Cened. ad Decret. collect. 142. num. 8.

5. *Ut in eis mercatum minime fiat.* Vide Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 6. Attenta huius text. dispositione, & Bullæ Pij V. incip. Cum primum, ac Sacre Congreg. Concil. Trident. decisione, mercatus, & prophane negotiationes Dominicis, & festiuis diebus sanctificandis & observandis sub præcepto fieri non licet, & ideo Episcopi possunt prohibere

nundinas, & mereatus, qui etiam ex antiqua consuetudine celebrantur, prout censuit Sacra Congregat. referentibus Steph. Gratian. Marchia decis. 71. Quarant. in summa Bullarij, verbo, dies festus, Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de favore clericorum, §. 5. num. 90. Item & ead. Sacra Congreg. in hac materia edidit infrascriptum decretum relatum à Stephan. Gratian. ubi proxime, num. 20. & à Quarant. loco citato cuius tenor talis est. *Præceptum de Dominicis, & festiuis diebus sanctificandis, & observandis sub prætextu mercatum, nundinarum, & feriarum nullatenus esse violandum. Ceterum his diebus licere agros, vineas, ac alios inuentorum veltoribus, seu mercium conductibus, bainis, & aliis huiusmodi seruentibus ac ministris sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, incipere iter, Missa tamen prius audita, transiendo proseguere, & continuare, non autem debere sarcinas componere, & inuenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neque mercatoribus, aut aliis civibus, & viatoribus his diebus etiam clausis apothecis merces vendere, emere, aut asportare licere, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscule & modici momenti opera iam conflat, & elaborata pro transeuntium hospitum, aduenarum, & exterorum urgenti, & presentanea necessitate, & opportunitate: in quo partes erunt Episcopi propositis edictis providere, ut in primis hi festi dies debita observatione colantur, simulque populorum eò confluentium necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri potest, consulatur. Quoad iudicia autem, que Dominicis, & festis silere debent, id observari poterit, quod iure communi permittitur in quibusdam urgentibus casibus, qui moram & dilationem non patiuntur: in quibus, & aliis iurisdictionem consilium nundinis propositorum concernentibus constitutiones, & Summorum Pontif. si qua habent privilegia, & allegatum Breue sel. record. Pij V. servanda esse statuit. Vide Azor. d. lib. 1. cap. 27. num. 10. Sayr. d. lib. 7. cap. 2. n. 18. Fagundes in quinque Ecclesie precepta, præc. 1. lib. 1. c. 12. à princ.*

Neque placitum. Placiti nomine venit quælibet lis, iurgium, & causa forensis, quæ in iudicio agitur, Azor. d. c. 27. q. 11 ubi etiam resoluit licere in die festo Aduocatatum consulere, cum procuratore de lite priuatim agere, apud iudicem totam causam referre, ut ea probe cognita, sententiam postea commodius ferat, refert Filliuc. tract. 27. c. 19. n. 183.

Neque aliquis ad mortem, vel ad poenam induetur. Intellige de quacunque poena corporali, hac enim fieri non potest in die festo, nisi urgente necessitate, veluti si immunitas notorij sceleris exigit caprum subito suspendi, aut decollari absque processu, ita Sayr. d. lib. 7. c. 2. n. 18. vers. nomine, Clar. §. fin. q. 97. n. 6. Tiraq. de penis causa 49. n. 31. Vel si imminet periculum in illius retardatione, Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 21. n. 212.

Æque Sacramenta, &c. Ergo testes in diebus festis recipi non possunt, quia priusquam recipiantur, & testimonium dicant, iniurandum interponi oportet, quod tamen in his diebus præstare, & adhibere non licet, prout text. hic probat, & ex eo colligit Azor. d. c. 27. q. 14. Sed hoc non esse usu receptum, vel forsan postea abrogatum, dicit Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 7. c. in fine.

S V M M A R I V M.

1. Festorum finis, & principium seruari debent secundum eorum magnitudinem & consuetudinem regionis.
2. Consuetudo regionum seruanda est in festorum celebratione.

3 Festi

3 *Festi dies à vespera in vesperam iure Ecclesiastico, & non diuino seruantur.*

4 *Dominicis diebus Christiani genua non flectebant, sed stantes orabant.*

CAP. Quoniam. II. Alex. III.

1 **F**estorum finis & principium seruari debent secundum eorum magnitudinem, & consuetudinem regionis. Item in Dominicis, & præcipuis festiuitatibus, & inter Pascha, & Pentecosten non fit genus flexio, nisi ex deuotione & in secreto, & nisi in ordinationibus. Colligunt ex Ordinarij Abb. antiq. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Anch. Innoc. Henric. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 73. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 224. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 5. c. 2.

2 *De vespera in vesperam celebrabitur, &c.* Notatur ad hoc quod in festorum celebratione seruanda est regionum consuetudo, vt per Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 9. n. 3. vers. atque. Soar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. c. 1. n. 16. Ex prædictis & sequentibus huius text. verbis sunt qui teneant, præcipue Panorm. hic, iuris esse diuini, vt dies festi incipiant à vespera vnius diei, & in sequentis diei vespera terminentur, ex *Leuit.* 23. quod quidem consuetudine laxari ac mutari potuit, cum in hoc text. habeatur festorum principium, & finem pro diuersarum regionum consuetudine attendi oportere. Alij verò, ex quorum numero est Syluest. verbo *Dominica*, q. 2. aiunt dies festos primæ classis, quales sunt dies Dominica, Na. alis, Epiphania, Pentecoste, & Ascensio Domini iure Diuino celebrari, & de illis esse intelligendum text. in 2. c. 2. sup. hoc tit. quasi iuris Diuini sit vt in prædictis diebus festis diuinitus institutis à vespera in vesperam, spatio scilicet viginti quatuor horarum, feriemur: si verò sint dies festi iuris Canonici, hoc est, secundæ classis, seu generis, quales sunt cæteri alij, qui instituto Ecclesiæ coluntur, non solum citius, & tardius incipere, & terminari queunt, sed etiam pro varia consuetudine absque peccato multo minori tempore coli possunt, & hoc esse aiunt quod absolute, & simpliciter dicitur in hoc text. Verum ego omnes dies festos tam primæ, quam secundæ classis à vespera in vesperam iure Ecclesiastico, & non Diuino seruari & coli probabilius duco, & ideo consuetudine moribus vtentium recepta dierum festorum initium & finis variari, ac mutari queunt, vnde ferè vbique vsu, receptum est, vt dies festi seruentur à media nocte vsque ad mediam noctem proximè sequentem: ad auctoritatem verò *Leuit.* 23. respondetur Christi morte sublata n. esse, cum spectaret ad ceremonias veteris legis, & hodie cum Ecclesia præcipiat idem, quod illic habeatur, non seruatur, quia lex antiqua iusserit sed quia Ecclesia custodiendum sua auctoritate decreuerit.

4 *Genuum flexio nequaquam debet fieri.* Aduerte quod in diebus Dominicis Christiani genua non flectebant, sed stantes orabant. Azor. d. lib. 1. c. 2. q. 5. Et ex hoc text. colligit Nau. in cum de orat. & horis canon. c. 1. n. 4. inter Pascha, & Pentecostè non esse geniculandū. Præterea festiuitatis S. Trinitatis, &c.] De festo sanctissimæ Trinitatis agunt Pisanel. in verbo, *feria*, s. 1. vbi ait in nostro tempore celebrari mandato Ioan. XXI. Durand. in rationali diuinorum offi. lib. 4. c. 114. Azor. d. lib. 1. c. 13. q. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Operi seruilis intendere licet diebus feriatis in honorem Dei propter necessitatem alimentorum, maxime circa rem tempore perituram.
- 2 Dies vnus ex septem Ecclesiastico iure consecratus est diuino cultui.
- 3 Studium literarum, & magistri doctrina etiam causa & lucri causa, minime redduntur seruilia.
- 4 Scribere in die festo lucri, seu mercedis causa, an liceat ostenditur.
- 5 Piscari licet propter necessitatem in diebus festis.
- 6 Segetes iacentes in agris, & fenum in pratis ad locum securum licet in festis deferre, si imminet necessitas.

CAP. Licet. III.

1 **I**n diebus festis, non tamen in maioribus solemnitatibus licitum propter necessitatem halecia piscari, & operi seruilis intendere, maxime circa rem tempore perituram. Colligunt ex Ordinarij Abb. antiq. Zabari. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innocent. Anania, Imola, Panorm. Anchar. Hostiens. Bald. Henric. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 75. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 225. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 1. c. 3. Tam veteris, quam noui, &c.] Aduerte ex his verbis negari non posse in nouo Testamento sicut in veteri vnum ex septem diebus consecratum esse diuino cultui, attamen non iure diuino, sed tantum Ecclesiastico per auctoritatem Apost. esse consecratum, ita Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 3. vide quæ Soar. de relig. tom. 1. tractat. 2. lib. 2. cap. 1. num. 15.

Ab omni opere seruilis cessandum, &c.] Notalliterarium studium, & magistri doctrinam, cum ad animum illustrandum, perficiendum, & ornandum referantur, minime reddi seruilia, etiam si quaestus, & lucri causa fiant, alioquin enim non liceret consilium mercede dare, nec stipendio conciones ad populum habere, nec Theologiam, aut ius Canonici profiteri, vide Rebuff. de privilegijs scholarium, priuileg. 1. num. 13. Azor. d. lib. 1. c. 2. q. 3. Sayr. in clauis Regia, lib. 7. c. 2. n. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 19. c. 3. n. 37. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decret. collect. 142. n. 7. Carrasc. in explic. ad aliquas leges nouæ recop. c. 1. §. 1. n. 4. Vnde scriptio non est opus seruilis, ideoque festis diebus concessa, Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. vers. dubiatur quoque, Nauar. in man. c. 13. n. 13. & cons. ultim. de feriis. Azor. d. c. 2. q. 4. Soar. d. lib. 2. c. 24. idem quoque sentiendum est de transcriptione, Azor. q. 1. Soar. c. 25. dictis locis. Quæstio ex dictis non contemnenda oritur, an die festo liceat scribere lucri, seu mercedis, & stipendij causa? in qua Azor. d. c. 27. q. 4. resoluit opus seruilis facere cum quis locat operas suas ad scribendum, siue cum quis mercede conductus scribit, eandem quoque sententiam tenent Nauar. in man. c. 13. n. 14. Card. Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 4. cap. 24. num. 14. Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 2. Sylui. ibid. etiam art. 4. Vega in summ. tom. 1. cap. 114. casu 3. Fagundez in quinque Eccles. præcepta, præc. 1. lib. 1. cap. 11. ex num. 3. Anton. de literariis etiam in summa. part. 2. cap. 17. numero 2. Paul. Comit. resp. moral. lib. 4. q. 58. n. 3. Valer. Reginald.

in praxi fori ponit. lib. 19. cap. 1. n. 40. in fine. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 1. c. 2. §. 5. Et ratio est quia transcribere chartas ex officio, & mercede pacta est opus servile, non qui ratione lucri, sed ratione operis, & officij, simul latum est enim discrimen inter scribere, & transcribere pro officio, & mercede pacta; nam scribere simpliciter est opus honestum & liberale, ingenuorumque hominum; transcribere verò pro officio, & mercede pacta est mechanicus, & purè corporalis labor, nec est opus mentis, neque artis liberalis, quia solum est ita pingere characteres, sicut in originali leguntur.

Ceterum contrarium, imo non facere opus servile nec peccare mortem, qui in die festo transcribit libros propter lucrum, mihi probabilius videtur, maxime quando esset pauper, aut ex causa curaret aliquid brevi tempore transcribere, hoc enim non est opus servile, etiam si fiat non gratia addiscendi, sed sine proprio profectu, nam talis actio de se mentalis, & spiritualis est, & per accidens ad illam est quod hac, vel illa intentione fiat ab operante, quare ita resolvunt Ludou. Lop. in instruct. conscient. part. 1. cap. 52. Gallet. in margar. casuum conscient. verbo, festa, Sayr. d. cap. 2. num. 14. & 15. Molfes. in summ. Theolog. moral. tom. 1. tract. 11. cap. 17. num. 42. Soar. d. lib. 2. cap. 2. §. 5. num. 4. Filliuc. in quest. moralib. tract. 27. cap. 9. num. 164. Layman. in Theolog. mor. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 4.

Sic eodem modo pingere in aliqua tabella sine apparatu, & magno labore, opus servile non est, ideoque nec prohibitum festo die, per se loquendo, ita Medin. lib. 1. instruct. cap. 14. §. 8. Ludou. Lop. d. cap. 42. Ratio est, quia talis pictio perinde est ac scriptio, & consistit in ducendis lineis ac figuris, tum quia non minus pictores in pingendo, quam studiosi literarum in studendo animi quadam voluptate capiuntur, & deinentur, quod signum est artem pingendi non servilem, sed liberalem esse, quippe ad animum recreandum institutam, liberoque homine dignam; tum denique quia licitum est pingere gratia artis discende, temporis fallendi, animi recreandi, secundum Angel. verbo feria §. 31. Sylvest. verbo Dominica. §. 5. dicto §. Azor. d. c. 27. §. 6. Filliuc. d. c. 9. n. 166. ergo fatetur & ipsi pingere suapte natura non esse opus servile, nam alioquin etiam ligna findere, ferum cedere ob similem causam die festo licitum esset, quod nemo ait. Vide Fagnandez d. prac. 1. lib. 1. c. 11. ex n. 10.

5 Eorum captio, &c.] Notatur ad hoc quod in diebus festis propter necessitatem piscari licet, vt per Vezin. tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 10. num. 14. pag. 388. Azor. d. cap. 27. quest. 7. Filliuc. d. cap. 9. d. num. 172.

6 Inguente necessitate.] Ergo licitum est segetes facientes in agris, & scenum in pratis ad locum securum in festis deferre, si imminet tempestas, vel pluvia, quæ corrumpere si in agro remaneret; eadem ex causa licitum est tempore vindemiarum uvas colligere ne pereant, & prosequi opus inceptum, quando notabile damnum sequeretur ex delatione, & omissione operis. Vide Sayr. d. cap. 2. n. 10. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, festa, §. 3. Quarant. in summa Bullarj, verbo, dies festus, Palat. in repet. cap. per vestas, inf. de donation. inter virum, notab. 17. n. 10. pag. 161. vbi etiam quod diebus feriatis licitum est studere propter fragilitatem memoriae, vt in die Dominica non obliuiscantur scholares, quod in aliis didicerunt. Unde ex hoc text. vulgò colligitur quod necessitas instantis, & moræ imminens periculum non recipit delationem, cum tunc à iuris regulis merito recedatur,

vt per Tiraquel. de retract. lig. §. 1. gloss. 9. n. 32. & §. 26. gloss. 1. ex num. 18. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 14. gloss. 1. num. 26. Cacharan. Pedem. decis. 68. num. 28. Quesad. diuers. quest. cap. 4. num. 3. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 21. num. 71. & ex num. 169. & lib. 2. cap. 18. num. 318. Mart. de iurisdict. part. 1. cap. 48. ex num. 27.

Congruam faciant portionem, &c.] Hanc eleemosynam non iungi de præcepto, sed tantum de consilio, resoluit Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 10. n. 11.

In gloss. Ecclesiæ, vbi ibi, pro decima parte eis soluant. 8 Vide Cabed. Lusit. decis. p. 2. decis. §. 4. num. 7. Monet. de decimis, c. 4. n. 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Declarat quibus temporibus interdictum sit nuptiarum solemnitates contrahere.
- 2 Nuptia attentio iure Concilij Tridentini quibus temporibus prohibeantur, ostenditur.
- 3 Matrimonium si quis contrahat temporibus prohibitis, licet peccet mortaliter, quia illicitè facit, validè tamen contrahit.
- 4 Legis diuina habentis varios intellectus violatio non est peccatum mortale.
- 5 Tempus primum includitur, ac computatur in termino.
- 6 Opinio probabilis in foro Conscientia sequi potest relictà probabiliori.
- 7 Matrimonium consummare tempore prohibito, quod fuerat iam contractum tempore non prohibito, nulla culpa est.

CAP. Capellanus. IV.

Clem. III.

Nuptiarum solemnitates contrahere quibus temporibus interdictum sit ponitur hic Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Anchar. Bald. Hostiens. Henric. Cened. collect. 22. Cujac. Vinian. in rationali secundi libri iuris Potif. pag. 76. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 225. remissuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Augult. collect. Decretal. lib. 2. tit. 5. cap. 4. Burchad. lib. 13. Decret. cap. 21.

Nuptias tribus septimanis, &c.] Hodie noniori Concilij Trident. dispositione, sess. 24. de reform. Matrim. c. 10. à prima die Aduentus Domini vsque ad diem Epiphaniæ, & à quarta feria Cinerum vsque ad octauam Paschæ inclusiue antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter omnibus obseruari præcipitur, in aliis verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittitur, Couar. de sponsalib. p. 1. c. 8. §. 11. n. 1. Mariens. ad rub. tit. 1. gloss. 1. n. 147. lib. 5. noua recop. plures per Cened. ad Decret. collect. 22. quibus adde Petr. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacram. Matrim. c. 20. concl. 8. dub. 1. vers. el terciar, Henric. in summ. lib. 11. c. 16. §. 2. Valer. Reginald. in praxi fori poenitente. lib. 31. n. 188. Possenin. de officio Curati, c. 10. de Matrim. n. 25. vers. queritur, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 32. quest. 3. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 7. Bonacina eod. tract. q. 3. puncto 14. n. 4. Ego ipse de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 32. n. 192.

Ut quocunque tempore matrimonium contrahatur.] Intellige validè, etiam si illicitè, nam si de facto temporibus prohibitis matrimonium quis contrahat, licet

licet peccet mort. quia illicitè facit, validè tamen contrahit, vt tenent Matienf. d. gloss. 1. n. 177. Cened. d. collect. 22. n. 2. Sanch. d. disp. 7. a. n. 3. Bonacina d. n. 4. Ego ipse d. alleg. 32. n. 196. Vel intellige de tempore habili, & non prohibito, vt etiam aduertit Valer. Reginald. d. tract. lib. 32. tract. num. 28. & nuncupatim agens de intellectu huius text. ego ipse d. alleg. 32. n. 102.

[Vira istarum opinionum, &c.] Hinc colligi videtur violationem legis diuinæ habentis varios intellectus non esse peccatum, vt per Ias. in l. diem. n. 14. ff. de officio Assessoris, Ioan. Grec. de nobilit. in initio, n. 12.

[Usque ad septem dies.] Ergo hoc primum tempus includitur ac computatur in termino, Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 11. n. 35. faciunt quæ ego ipse de diction. & claus. dict. 179.

In gloss. Alij, ibi, in his vero, quæ ad solemnem spectant, diuersa tenere non est peccatum. Hanc glossam singularem dicit. Alex. conf. 1. col. 3. lib. 2. prorefert Nauar. in cap. cum consideret, de penit. dist. 5. in primo. num. 38. & in cap. si quis autem, etiam de penitent. dist. 7. n. 5. Vnde opinionem probabilem in foro Conscientiæ sequi posse, relicta probabiliori, tenent Armill. verbo, opinio, Aragon. 1.2. q. 63. art. 4. Vbi Salom. controu. 2. & Bannez q. 10. art. 1. Barthol. Medin. 1.2. q. 19. art. 6. vbi Lorca disp. 39. memb. 2. Salas tract. 4. disp. vnic. sect. 6. Soar. tom. 4. de penitent. disp. 22. sect. 9. num. 6. & tom. 5. de censur. disp. 40. sect. 5. num. 6. Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 41. num. 30. & 1.3. disp. 20. n. 4. & lib. 8. disp. 6. n. 18. & in precepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 14. Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 5. num. 361. Tanner. in p. 2. disp. 1. q. 4. dub. 1. n. 36. Filliuc. tom. 2. tract. 21. c. 4. n. 128. Malder. in p. 2. S. Thom. q. 19. art. 5. disp. 86. affer. 3. Paul. Layman. in summ. Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 4. §. 2. n. 7. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 1. difficult. 10. num. 2. Sancius in pract. disp. 42. n. 12. Basil. Pont. de Matrim. lib. 10. cap. 15. num. 4. Sanctar. variar. resol. p. 1. q. 59. n. 4. Diana resol. moral. part. 1. tract. 13. de opin. probabil. resol. 1. vbi citat meipsum in hoc loco, & parentem meum in remiss. Doct. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 64. num. 10.

In gloss. Quocunque tempore. Aduerte tam prohibitionem huius text. quam illam de qua nouiori iure Concil. Trident. esse tantum quoad matrimonij solemnitatem, translationem scilicet ad domum, conuiuium, & benedictionem resoluunt Sanch. d. lib. 7. disp. 7. n. 11. Valer. Reginald. d. lib. 31. n. 188. Bonacina d. n. 4. Coninch. de Sacram. disp. 30. Matrim. dub. 3. n. 36. & decusum referunt Galet. in margarita casuum Conscientiæ, verbo, matrimonium, Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 9. n. 57. Vnde consummare matrimonium tempore prohibito, quod fuerat iam contractum tempore non prohibito, nullam culpam esse tradunt Sanch. d. disp. 7. n. 21. Coninch. d. disp. 30. n. 3. Reginald. d. lib. 31. n. 189.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicium exerceri non potest etiam de consensu partium in diebus festis, nisi necessitas, vel pietas suadeat, secus vero in feriis introductis fauore hominum.
- 2 Citatio in die in honorem Dei feriato exequi non potest nec potest fieri, vt cadat in die Dominico.
- 3 Citatio inualida est facta die non feriatæ, si mandatum de citando fiat die feriatæ.
- 4 Die festo in honorem Dei feriato fieri possunt dispensationes, collationes beneficiorum, scriptura, & actus extraiudiciales, ac voluntarie iurisdictionis.
- 5 Dies festi Natalis Domini, SS. Stephani, Syluestri,

Innocentium, Circumcisionis Dominica, Epiphania, Ascensionis Domini, & Pentecostes, ac Resurrectionis cum septem sequentibus, & Natiuitatis S. Ioannis, vbi delectantur, ostenditur, & cum seqq. usque ad n. 17.

- 18 Festiuitates Sanctissimæ Virginis quæ sint remissæ Pauli, Beati Michaelis, & solemnitas omnium Sanctorum vbi tractentur, & seqq.
- 23 Episcopus potest in sua diocesi constituere, atque decernere, vt aliqui dies festi colantur, ac celebrentur.
- 24 Episcopus nullo modo potest dies festos sacrare iis, qui non sunt auctoritate Romani Pontificis in Sanctorum numero adscripti.
- 25 Episcopus sine populo præsentè, aut ad id vocato, an possit dies festos instituere, ostenditur.
- 26 Cause plæ die in honorem Dei feriato licite apud iudicem tractari possunt.
- 27 Pietatis causa in hoc text. ea solam intelligitur, quæ respiciat opera misericordiæ.
- 28 Debitor suspectus de fuga in carcerem festis diebus detrudi potest.
- 29 Fuga suspicio vt debitor diebus festis in carcerem detrudi possit, quæ sit sufficiens, relinquunt arbitrio iudicis.
- 30 Feriatis diebus in honorem Dei partes renunciare non possunt.
- 31 Acta facta die feriatæ sunt nulla, nisi sint Tribunalis S. Inquisitionis.
- 32 Sententia die feriato in honorem Dei prolata inualida est, sicut executio ex illa promouens.
- 33 Sententia in causa heresi an possit ferri in die festo ostenditur.
- 34 Sententia excommunicationis lata diebus feriatæ in honorem Dei valida est.
- 35 Feriis rusticilibus non modò expresse, verum etiam tacite partes renunciare possunt.
- 36 Feriis rusticilibus uti possunt qui colligunt castaneas, & non habent prædia vbi panem, aut vinum colligant.
- 37 Fiscus quando habeat privilegium vt in eius causis procedatur etiam die feriato, ostenditur.
- 38 Diebus feriatæ de alimentis potest comendi.
- 39 Causa dotis feriatibus diebus agi potest, & in eis tutor dari.

CAP. Conquestus. V. & vlt.

Gregor. IX.

IN diebus festis, nisi necessitas, vel pietas suadeat, ita est abstinendum ab opere seruili, vt in illis processus factus, vel sententia lata & pronuntiata etiam de consensu partium non valeant. In feriis verò introductis fauore hominum, v.g. vindemiarum, vel messium, de consensu partium possunt ista fieri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Colle& Zabarell. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Henric. Butt. Anchar. Cened. collect. 142. Cujac. Vin. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 76. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 225. remissæ Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Debet tamen iudicialis strepitus, &c.] Ergo citatio in die in honorem Dei feriato exequi non potest, Ordin. Reg. Lusitan. lib. 13. tit. 1. §. 17. vbi parens meus apud Castellanos l. 34. tit. 2. part. 3. vbi Gregor. Lopez Tiraquel. de retractu lig. §. 36. gloss. 2. num. 54. & seq. & ad finem tit. num. 58. cum seq. Damhaud. in pract. civil.

- ciuiti, c.60. de competenti die, §. citationes facta diebus festis, Marant. de ord. iudic. p.6. c. de citat. à n. 116. Vant. de nullitatib. ex defectu citat. n. 66. Vezin. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 9. n. 9. pag. 387. Grauat. ad Vestrum lib. 4. c. 3. n. 1. Iaffred. decif. 169. Thesaur. Pedem. decif. 95. Camil. Lepid. Rota Lucens. decif. 115. sub num. 4. Soar. in thesauro receptarum sentent. lit. C. n. 64. Cur. Philip. p. 1. §. 8. num. 6. Vinian. Neapol. decif. 274. num. 13. & 14. Hieron. de Laurent. Auerion. decif. 5. num. 2. Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. q. 5. §. 4. num. 3. Canalcian. Fini. decif. 4. num. 41. p. 2. Azeued. l. 4. n. 5. tit. 1. lib. 1. noue recop. Bernard. Muscatel. in praxi aurea Civil. p. 1. gloss. Intimata, n. 20. Ceuall. communium contra commun. q. 366. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli, l. 159. schol. 3. n. 13. Camil. Borrel. in summa omnium decif. tit. 44. de citat. n. 563. Azor. insit. moral. p. 2. lib. 1. c. 27. q. 15. Farin. in praxi crimin. q. 21. num. 106. Soar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. cap. 38. num. 11. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 19. num. 45. nec potest fieri vt cadat in die Dominico, Bald. in l. dies, num. 6. C. hoc tit. Abb. hic num. 21. Vant. ubi supra n. 66. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 38. num. 27. Marc. Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 48. num. 15. Sic etiam inualida est citatio facta die non feriatâ mandatum de citando fiat die feriatâ, Azeued. l. 4. n. 6. tit. 1. lib. 1. noue recop. Azor. d. c. 27. q. 15. quia neque citatio facta die feriatâ in honorem Dei potest fieri pro die non feriatâ, Vant. n. 46. Marc. Ant. n. 16. dictis locis.
- 4 Limita tamen textus conclusionem in dispensationibus, collationibus beneficiorum, transactionibus, & scripturis contractuum, in quibus ex generali consuetudine non procedit, Ceuall. communium contra communes, q. 760. n. 30. Carrasc. in explicat. ad aliquas leges recop. c. 2. §. 2. n. 16. prout etiam non procedit in reliquis extraiudicialibus, Cald. Pereira de res. emphyt. c. 13. n. 5. Cardoso. in praxi iudicum, verbo, ferie, n. 3. Modern. in tract. per viam violentie, p. 2. q. 107. n. 4. & in actibus voluntariâ iurisdictionis, Marant. de ordine iudic. p. 4. n. 86. pag. 207. Azor. d. c. 27. q. 12. Cardoso. ubi proxime.
- 5 **Natalis Domini.** De die Natalis Domini, vide Perez. tit. 7. lib. 3. Ordin. pag. 581. Azor. d. lib. 1. c. 9. Durand. in rationali diuinorum, lib. 6. c. 13. Filliuc. tract. 27. c. 3. n. 32. Soar. 3. p. tom. 2. disp. 13. sect. 1. cum seq. Tanner. tom. 4. disp. 2. q. 2. dub. 2. latè Bonac. de sacros. Christi Incarnat. disp. 3. q. 1. punct. 2. vbi an Christi natiuitas peracta sit sine dolore matris, & sordibus puerperij, & puncto 3. quo loco, & quo tempore facta sit Christi natiuitas, & punct. 4. quibus signis, & quibus personis manifestata fuerit Christi Natiuitas.
- 6 **Sancti Stephani.** Vide de festo S. Stephani Protomartyris, Azor. d. lib. 1. c. 25. vers. S. Stephani. Filliuc. tract. 27. c. 5. n. 71.
- 7 **Syluestri.** De festo S. Syluestri agit Azor. d. lib. 1. cap. 25. vers. primo queritur. Filliuc. d. tract. 27. cap. 5. num. 73.
- 8 **Innocentium.** De festo sanctorum Innocentium, vide Azor. d. lib. 1. c. 25. vers. sanctorum, vbi etiam de festo sancti Laurentij, Filliuc. d. c. 5. n. 72.
- 10 **Circumcisionis.** De die festo Circumcisionis Dominice, vide Durand. in rationali diuinorum officiorum, lib. 6. c. 15. Azor. d. lib. 1. c. 10. Filliuc. d. tract. 27. c. 3. n. 31. Soar. p. 3. tom. 2. disp. 15. sect. 1. Tanner. tom. 4. disp. 2. q. 2. dub. 3. n. 53. Bonac. de sacros. Christi Incarnat. disp. 3. q. 2. punct. 1.
- 11 **Epiphania.** De festo Epiphaniæ, vide Durand. d. l. 6. c. 16. Azor. d. lib. 1. c. 12. Filliuc. d. tract. 27. c. 3. num. 32.
- 12 **Ascensionis.** De die festo Ascensionis Domini, vide Tom. I.

Durand. lib. 6. c. 114. Azor. d. lib. 1. c. 12. & cap. 25. vers. quarto queritur. Filliuc. d. c. 3. n. 42. Soar. in 3. p. disp. 51. sect. 1. col. 5. & 6 & sect. 2. Tanner. tom. 4. disp. 1. q. 3. dub. 5. ex n. 18. latè Bonacin. de sacros. Christi Incarnat. disp. 3. q. 4. puncto 2.

Pentecostes. De die sancto Pentecostes cum duobus, qui sequuntur, vide Durand. d. lib. 6. n. 117. Filliuc. d. c. 3. n. 44. & de missione Spiritus sancti in die Pentecostes. Bonacin. de sacros. Christi Incarnat. disp. 5. q. 4. punct. 4.

Septem dies Dominice Passionis. Quamvis text. hic inter dies feriatis numeret septem dies Dominice Passionis, consuetudo tamen eius constitutum abrogauit etiam in tribus, vel duobus diebus proxime præcedentibus Pascha, nam licet feria quinta, & sexta oporteat omnes interesse diuinis officiis, tamen iis absolutis liberum quoque est se in operibus etiam feruilibus exercere. Verum licet ab oneribus feruilibus in his diebus vacare nemo teneatur, in illis tamen, & tota hebdomada sancta nec iudicia habentur, nec causæ forenses, seu iudiciales exercentur, & in hoc seruari huius text. constitutionem asserit Azor. d. lib. 1. c. 25. vers. quinto queritur. Filliuc. d. tr. 27. c. 3. n. 37.

Resurrectionis cum septem sequentibus. Causæ forenses, seu iudiciales non tractantur sex diebus proxime Pascha sequentibus, de consuetudine tamen duo tantum, qui proxime Pascha sequuntur, vt festi seruati solent, reliqui inter professos habentur, ita post Syluest. Armil. S. Antonin. & Angel. dicit Azor. d. l. c. 25. vers. sexto sequitur. Filliuc. d. tract. 27. c. 3. n. 40. & de Christi Resurrectione, vide Bonacin. de sacros. Christi Incarnat. disp. 3. q. 4. puncto 1.

Natiuitatis Ioannis Baptiste. De festo Natiuitatis Sancti Ioannis Baptiste: vide Durand. in rationali diuinorum offic. lib. 7. cap. 114. Azor. d. lib. 1. cap. 25. in princ.

Festiuatatum omnium Virginis gloriosa. De festis Beatissimæ Virginis, vide Soar. tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 2. de diebus festis, c. 5. cum seqq. Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 43. num. 9. optimè Azor. d. lib. 1. c. 17. vbi de Annuntiatione Beatissimæ Virginis, & cap. 18. de die festo Purificationis, & cap. 19. de die festo Natiuitatis B. Virginis, & cap. 20. de festo Assumptionis B. Virginis, & cap. 21. de Conceptione, & c. 22. de Praesentatione, & cap. 23. de Visitatione. Et de omnibus festiuatibus Beatissimæ Virginis agit Filliuc. d. tract. 27. cap. 4. num. 48. cum seqq. & de aliquibus Bonac. de sacrosanct. Christi Incarnat. disp. 1. q. 1. vbi de Conceptione, & Natiuitate Beatissimæ Virginis, & quæst. 4. de Annuntiatione, & quæst. 5. de Assumptione, & de festiuitate Assumptionis, Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis, c. 8. n. 24. & tom. 2. in 3. p. qui est de vita Christi, disp. 21. & 22. Illustr. D. Roderici à Cunha in comment. ad cap. Sanctorum 2. num. 27. dist. 70.

Duodecim Apostolorum. De diebus festis duodecim Apostolorum, vide Azor. d. lib. 1. c. 24. Filliuc. d. tr. 27. c. 5. n. 66. & 67.

Et præcipue Petri, & Pauli. De die festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, vide Durand. d. lib. 7. cap. 15. Azor. d. cap. 24. in princ. & vers. Paulus, Filliuc. d. cap. 5. num. 68.

Dedicationis B. Michaelis. Vide Azor. lib. 1. c. 25. in med. vers. dedicatio.

Solemnitatis omnium Sanctorum. De festo omnium Sanctorum agit Azor. d. lib. 1. c. 25. vers. omnium Sanctorum.

Quas singuli Episcopi, &c. Notatur ad hoc quod Episcopus potest in sua diocesi constituere, arque

M m

dece

decernere, ut aliqui dies festi colantur, ac celebrentur, ut per Felin. in c. 1. n. 18. de sponsalib. Azor. d. lib. 1. c. 26. q. 1. Con. var. lib. 4. c. 19. n. 4. vers. *præter hos*. Unde colligit ex hoc text. Cassan. in catalogo gloria mundi, p. 2. confid. 47. posse Episcopum in sua diocesi facere

24 quem voluerit pro Sancto venerari. Sed contrarium verius est, nam Episcopus nullo modo potest dies festos sacrare iis, qui non sunt auctoritate Romani Pont. in Sanctorum numerum adscripti, ut tenet Azor. d. c. 16. q. 4. Carrasc. super aliquas leges recop. c. 2. n. 32. Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 43. n. 9. Fagundez in quinque Ecclesie præcepta præc. 1. lib. 1. c. 3. a. n. 5. vbi a. n. 4. post Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis c. 11. n. 4. & 5. subdit posse Episcopum sacrare dies festos in honorem ac venerationem illorum Sanctorum, qui sunt beatificati tantum.

25 Cum Clero, & populo. Ergo Episcopus sine populo præfente, aut ad id vocato, dies festos instituire non potest; adhibetur autem populus non quia ut cum Episcopo statuat venerandos dies, sed potius ut ab eo audiat Præfatus si multiplicitate festorum oneretur, quæve sint, quæ ex consuetudine colli omisum est, Petr. Gregor. lib. 1. p. iuris Can. tit. 19. c. 4. schol. 5. Ego ipse de officio & potestate Episcopi. p. 4. alleg. 105 n. 36. Filliuc. d. ir. 27. c. 6. a. n. 83. Cassan. in catalogo gloria mundi, p. 3. confid. 48. Sylvest. in sum verbo Dominica, n. 3. Soar. de legibus, lib. 2. c. 11. vers. in præfenti, latè allegatio iuris pro patronatu sancti Iacobi impressa Romæ de anno 1629. At licet de iure communi, de quo in hoc text. procedere possint supradicta, nunc consuetudine receptum est, ut dies festi populo minime vocato sola Episcopi auctoritate adhibito clericorum consilio constituti indicentur, ut attestatur Azor. d. c. 16. q. 2. in fin. quicquid Marc. Anton. Genuens. in praxi Curie Archiep. Neapol. c. 51. nimis offendens literam huius text. intelligat eum non probare quod Episcopus debeat indicare festa cum Clero, & populo, sed quod festa, quæ duxerint Episcopi veneranda, celebrentur à Clero, & populo. Adverte quod Episcopus in Synodo semper absque populi consensu potest indicare festa observanda de præcepto, Cassan. in catalogo gloria mundi, p. 3. confid. 48. Marc. Anton. Genuens. d. c. 51. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 19. n. 6. Ego ipse d. alleg. 109 n. 39.

26 Vel pietas suadeat. Notatur ad hoc quod causa pia die in honorem Dei feriato licet apud iudicem tractari possint, ut per Tiraq. de pia causa, in præfatus. Surd. de aliment. tit. 8. q. 2. n. 10. & conf. 367. n. 11. Bernard. Grauz. ad præf. Cam. Imper. lib. 1. concl. 26. confid. 1. n. 14. Fr. Emman. q. Regul. tom. 2. q. 70. art. 2. Valer. Reginald. d. tit. 19. n. 44. Filliuc. d. ir. 27. c. 11. n. 219. & 220. Soar. d. lib. 2. de diebus festis c. 10. ad fin. vbi notat laconem de fuga suspectum posse festo die capi, & in carcerari, item in pravis oppidis posse die festo causas civiles agitari, si aliis diebus rustici homines adesse, vel commodè vocari nequeant. Andr. Gail. lib. 1. obseru. 53. vbi ait tales causas, quæ festis diebus expediri possunt, esse alimentorum, carceratorum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, item causas, quæ celeritatem requirunt, quia alioquin res peritura sit, refert Layman. in Theologia morali

27 lib. 7. tit. 7. c. 2. n. 7. vers. contra vero. Verum cum pia causa dicatur multipliciter, ut ostendit Tiraq. in d. præfatus, non erit abs re intelligere causam pietatis in hoc text. eam solum, quæ respiciat opera misericordie, iuxta dicta per Abb. in præfenti, n. 14. Armil. in summ. verbo, festum, n. 3. & 13. Nat. in man. c. 13. n. 4. Tollet. in summ. lib. 4. c. 25. n. 7. quos refert Marc. Ant. var. lib. 3. ref. 48. n. 1. alioquin si supradicta huius text. verba intelligenda essent de omni causa pia, infinita prope mo-

dum possent fieri in die Dominico, quod ita dicendum non est, causa enim matrimonialis dicitur causa pia, Tiraq. in d. tract. de pia causa, p. iul. 56. circa finem, & tamen in illa procedi non potest in diebus feriatis in honorem Dei, gloss. verbo, necessitates in Clem. sapè, de verbis signif.

Necessitas urgeat. Ergo festis diebus debitor suspectus de fuga in carcerem detrudi potest, Soar. ad l. post rem indicatam, in declar. ad legem Regni, exten. 4. n. ult. de los emplazamientos, §. sed attende, n. 23. Surd. tit. 8. p. iul. 2. n. 12. Parlad. l. 2. rerum quodid. c. fin. p. 5. §. 4. n. 9. Ceual. communium contra communes, q. 760. n. 25. Carrasc. d. c. 2. §. 2. n. 10. vbi n. 17. etiam resoluit posse exequi sententiam diebus festiis si suspicio sit de fuga; quæ autem suspicio sit sufficiens in his terminis, relinquatur arbitrio iudicis, ex citatis per Menoch. remid. 2. ad p. 5. c. 9. & de arbit. casu 124. qui loquitur de cautione, Martens. l. 10. gloss. 1. n. 7. tit. 10. lib. 5. nota recop. Valdes. ad Soar. in l. 2. de los emplazamientos, n. 17.

Præfentibus etiam partibus. Notatur ad hoc quod partes diebus feriatis in honorem Dei remanere non possunt, nec processus, & sententia in eis habitus contententibus etiam partibus tenet, ut per Ordin. Regia Lusit. l. 3. tit. 18. in princ. vers. postea, gloss. fin. tit. 5. lib. 2. for. leg. Perez. l. 1. gloss. 1. pag. 581. col. 2. vers. utrum autem, tit. 7. lib. 3. Ordin. Lanfranc. de Oriano in praxi, c. 1. de feriis, n. 3. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 30. n. 3. Damhaud. in praxi Civilis, c. 119. de feriis, n. 18. Christoph. de Pace in scholis ad leges styli, l. 156. a. n. 10. Cardos. in praxi Iudicum, & Advocat. verbo, feria, n. 2. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. cap. 1. num. 27.

Nec processus habitus teneat, &c. Notatur ac hoc quod acta facta die feriata sunt nulla, ut per Cardos. verbo, processus, n. 11. Soar. de relig. tom. 1. ir. 2. lib. 2. de diebus festis, cap. 30. n. 1. Fagundez d. lib. 1. c. 13. n. 21. Carrasc. d. cap. 2. §. 2. num. 1. Inquisitores tamen contra hereticam pravitatem possunt conficere acta in die feriato in honorem Dei, Armil. in summ. verbo, festum, n. 3. & 17. & verbo, Inquisitor, n. 19. Tabien. verbo, feria, n. 2. Rojas de heret. p. 2. n. 414. quos refert Marc. Anton. d. resol. 48. n. 8. Fagundez vbi sup. n. 28. Soar. d. lib. 2. c. 30. n. 19.

Nec sententia. Ergo sententia prolata die feriato in honorem Dei inuvalida est, ut per Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiæ. p. 2. cap. 1. n. 27. Stephan. Gratian. Marchia decif. 144. num. 2. cum seqq. vbi n. 8. nictur defendere sententiam latam die feriato posse in causa appellationis confirmari, propterea etiam inuvalida est executio ex sententia, vel contractu quarentigio diebus feriatis facta, præcipue vbi non datur periculum suspicionis de fuga, Parlad. d. lib. 2. rerum quodid. cap. fin. p. 5. §. 4. a. princ. Cenal. d. q. 760. n. 3. Verum autem sententia in causa hæresis possit ferri in die festivo, latè disputat Marc. Anton. in var. resol. lib. 3. resol. 48. per totam, vbi n. 20. asserit in hoc dubio referendum fuisse à supremo Tribunali S. vniuersalis Inquisitionis Verbis sub die 26. Iulij 1605. sententias condemnationis in causis S. Officii posse ferri in die Dominico, & in aliis diebus festiis.

Limita in sententia excommunicationis, quæ si feratur diebus feriatis in honorem Dei valida erit, ut per Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 59. art. 2. Soar. d. c. 30. n. 9. Layman. d. c. 2. n. 7. in fine.

Licet diebus feriatis, &c. Notatur ad hoc quod rusticilibus feriis non modò expresse, verum etiam tacite partes renuntiare possunt, Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 18. §. 2. vbi parens meus, Marant. de ordine iudic. p. 4. num. 83. pag. 207. Azin. in praxi Florent. §. 3. cap. 7.

- c.7. n.1. Perez l.2. gloss.1. pag. 582. vers. sunt praterca, tit.7. lib.3. Ordin. Thesaur. Pedem. decif. 39. n.1. Azor. d. lib.1. c.27. q.18. Cald. Pereira de resol. emphyt. c.17. n.10. col.5. Camil. Borrel. in summ. omnium. decif. tit.42. de iud. n.86. Et huiusmodi rusticalibus feriis uti posse, qui colligunt castaneas, & non habent pradia, ubi panem, aut vinum colligunt, tenent Felin. in c. ult. n.12. de iudic. Bald. in l. ligni appellatio, c. lignorum, ff. de legatis 3. lason. in l.3. n.1. ff. de feriis, Montala. l.1. verbo, ni de Iulio, tit.5. lib.2. for. legum, Greg. l.3. verbo, pane, vino, tit.2. p.3. Cotta in memor. verbo, feria. Aduerte filicum in iudicialibus, praesertim in exactionibus debitorum, habere priuilegium, quod in eius causis procedatur etiam die feriato, per publica, C. de feriis, tenet Farin. fragmentorum crim. p.1. lit. F. n.202.
- 38 In gloss. Putat. Notatur ad hoc quod feriatis diebus de alimentis potest contendere, Ordin. Regia Lusitan. lib.3. tit.18. §.6. Tiraq. de priuileg. pia causa, priuileg. 156. Perez tit.1. l.3. Ordin. pag.453. Surd. de aliment. tit.8. q.2. n.7. & decif. 323. n.5. Cardos. d. verbo, feria, n.5. Cenall. comm. contra comm. q.760. a. n.4. & de cognitione per viam violentia, p.2. q.38. n.8. Cald. Pereira q. forens. lib.2. q.50. Corraf. d. c.2. §.2. n.6. ubi n.7. & 8. limitat quando contenditur de alimentis praeteritis, vel quando à diuine petuntur.
- 39 Notatur etiam ad hoc quod de causa dotis ferialibus diebus agi potest, Tiraq. de pia causa priuileg. 156. Viu. tom.2. comm. opin. l.7. tit.27. n.6. vers.2. eadem opin. Lara in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n.9. cum seq. ff. de liberis agnosco. Cald. Pereira d. l.2. q.50. Et in eis tutor dari potest, nec mandante, §. dari tutor, ff. de tutor, & curat. Paul. Montan. de iudic. & curis, c.25. n.1. & 2. Cardos. d. verbo, feria, n.5.



De Ordine cognitionum.

TIT. X.

SYMMARIVM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Ordo multis capitur modis.
- 3 Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio.
- 4 Ordo in hac rubr. accipitur pro ordine iudiciario, quia est quaedam dispositio, qua mediante iudicia, & ipsius acta suo loco, & tempore disponuntur.
- 5 Ordo in omnibus rebus seruandus.
- 6 Cognitionis in genere est qualitas potentia intellectus, quae cognoscit rem quid sit per suum obiectum.
- 7 Ordo cognitionum in hac rubr. importat modum & ordinem à iudice obseruandum in examine plurium questionum inter easdem personas.
- 8 Cognitionis iudicialis duplex, altera ordinaria, altera vero extraordinaria, & quae sint, ostenduntur.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Pannorm. Butr. Guillem. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 53. verso, Petr. de Raucn. in compend. iur. Can. Martin. Meunart. in epitome Decret. fol. 57. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontif. à pag. 280. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germ. in paratilis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iur. Canon. nouissime Ioan. Honor. lib.2. summ. in Decretal.

Tom. I.

omnes sub hoc tit. & volum. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum, Ioan. Calderin.

Ordine.] Ordo multis capitur modis, quandoque pro statu, & conditione, l. Diuus 14. ff. de Offic. Praefid. quandoque pro ferie, collatione, & dispositione, ut per tot. ff. quis ordo in bon. poss. l. Imperat. 21. ff. de appel. l. quid ergo 13. ff. ad municip. l. 1. ff. de distract. pign. l. si liber ff. de pactis dot. sic debet intelligi tit. C. ut dignit. ordo seruetur, l. 12. interdu pro solemnitate & formula, ut per gloss. 1. in §. fin. Instit. de interdicit. optime Rebuff. in l. pupillus, in §. munus, ff. de verb. signif. Varietate à Doctoribus definitur, nam Bald. in cons. schismatis, posito sub rubr. si quis aliquem testari prohib. n.3. definit ut ordo sit modus cuiusque rei agendae, quo praetermissio nihil geritur, subscribit Marant. de ordine iud. in proem. n.3. & rursus aliter definit Bald. in proem. Digestorum, in princ. quem sequitur Menoch. de arbit. in princ. ut ordo sit entium modus, Aliterque Cicero l. 10. offic. relatus à Luca de Penna in l. id quod col. 1. qui milit. non poss. lib.12. ut ordo sit compositio rerum in aptis, & accommodatis locis; & tamen aliter Aristot. relatus à Thom. Canon. in proem. Decreti n.84. tom.1. repet. Canon. ut sit dispositio rerum secundum prius & posterius. Mihi vero placet definitio S. Aug. lib.19. de ciuitate Dei, c.14. quam tradunt Alberic. in suo diction. verb. ordo, Roland. tit. de testam. rubr. 6. n. 10. tom.8. nouorum tract. p.1. & Meminit Nau. in man. c.22. n.17. ut scilicet ordo sit partium, dispariumque rerum, sua cuique loco tribuens dispositio; & inde dicimus ordinem Religiosorum, coniugatorum, & virginum; & in Republ. ciuili ordinem officium, & nobilium; & in militia ordinem peditum, & equitum, ut refert Rebuff. ubi supra Duaren. ad tit. ff. de senatorib. c.1. & denique tunc dicimus Rempub. bene habere quando vnusquisque suum seruat ordinem, teste Sor. in 4. dist. 44 q.1. art.1. Hinc etiam vnum ex septem Sacramentis Ecclesiae appellatur Ordo ex Concil. Trident. sess. cap. 23. c.3. & canon. 3. quia ex illo ordinatus disponitur ad certum ministerium determinatum in Ecclesia militante. Hinc etiam regula iudicij, quia est dispositio quaedam ad sententiam proferendam, nuncupatur Ordo in l. prolatum, C. de sentent. & in cap. ad nostram 1. de iureiur. quo modo accipitur Ordo in hac rubr. scilicet pro ordine iudiciario, quia est quaedam dispositio qua mediante iudicia, & ipsius acta suo loco & tempore disponuntur, vnde merito S. Ambros. referente Bald. in d. proem. ait scire quid facias, & nescire quo ordine, non est perfecta cognitionis; & inde ordinem in omnibus rebus seruandum esse docuit Sebast. Medic. de definit. p.1. n.15. tom.18. nouorum tract. & ad praxim applicat Marant. ubi supra n.6. Indequ Aristot. lib.2. meth. docuit sapientis esse ordinatim tractare, & dicere; iunctis his, quae cumulaui in tract. Axiomatium iuris vsusfreq. Axiom 172.

Cognitionum.] Cognitionis in genere est qualitas potentiae intellectus, quae cognoscit rem quid sit per suum obiectum, ex D. Thom. in 3. sentent. dist. 23. q.1. art. 10. ad 2. Gabr. in 2. sent. dist. 4. q.2. col.7. Sicut ergo quis cognoscit naturaliter rem per obiectum, ita etiam iudex per testes, & alia instrumenta instruitur circa questionis in iudicio propositae intellectum, quae instructio cognitio dicitur, l. ob carmen 21. §. fin. ff. de testib. iuncta l. ubi 22. C. ad leg. Cornel. de falsis, c.1. de liti. contest. lib.6. Inde in hac rub. ordo cognitionum importat modum & ordinem à iudice obseruandum in examine plurium questionum inter easdem personas, ex Fulgos. in rubr. C. de ordine iudic. Abb. & communis hic, apud quos videbis, in quo is tit. differat à tit. de iur. iuris perit.

M m 2 Hae